aliqua principali ex præmissis non completa complenda Citatus existens memoratus Recognoscens Nobilis Andreas Kulczycki sive illius Successores, ad Instantiam præfati Nobilis Joannis Popiel Kiełczewicz sive illius Successorum, ad Officium præsens Castrense Capitaneale Premisliense exclusive recessu suprascripto quo ad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino, tanquam peremptorio, seseque Juri parere respondere Vadium præfatum lucre, Inscriptioni præsenti satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat præsentibus, eundem Terminum primum peremptorium, Uti et alios omnes Exinde consequentes Causæ eiusdem Terminos semper peremptorios, Vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum Legatione intra Vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta ad Iuris eorum, Vel aliis quibusuis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem prætera Ultra proximos officij præfati Castrensis Capitanealis Premisliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones appellationes, ac earum prosecutiones faciendo, ac præmissa omnia pœnis simplicibus Vel duplicatis Evasionibus, suspensionibus, fatalibus Juris præscriptione Treuga stri bello conventione, ac aliis quibusuis Juris remediis et defensis non subterfugiendi, nec modo alio quouis eludendo Hac sua præsenti personali Recognitione ad præmissa omnia et singula mediante.

20 | III

Feria Secunda post Dominicam Iudica Quadragesimalem proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Sexagesimo Tertio

~~397~~ 398

R. Debski R. Bronikowski Debet.

1347 Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus capitanealibus Praemysliensibus Perillustris et Admodum Reverendus Ioannes de Deby Debski in Deby Budzinka et Kołacki in Palatinatu Masoviae Terra Czersensi atque Districtu Garvoliensi certarum sortium ibidem existentium haeres Decanus Praemysliensis Praepositus Lubaczoviensis Sacrae Regiae Maiestatis Secretarius sanus mente et corpore existens foro suo quovis proprio et iurisdictione competenti omissa et posthabita praesenti vero castrensi capitaneali Praemysliensi iurisdictioni, quo ad actum hunc attinet, se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere, publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Perillustri et Admodum Reverendo Stanislao a Bronikow Bronikowski Canonico Vicario in spiritualibus et Officiali Generali Praemysliensi, Samboriensi, Rybotycensi, Visnensi Praeposito eiusque successoribus legitimis summam duorum Millium Florenorum Polonicalium monetae et numeri in Regno currentis quemlibet Florenorum grossis triginta Polonicalibus computando et numerando, certi, veri, iusti et liquidi debiti mutuataeque apud ipsum per se Recognoscentem pecuniae tenetur atque Debet. Quam quidem summam suprascriptam duorum Millium Florenorum Polonicalium idem suprascriptus Perillustris Recognoscens se suosque successores, in et super bonis suis generaliter omnibus haereditariis et obligatoriis, mobilibus et immobilibus summisque pecuniariis quibusvis habitis et habendis suprascripto Perillustri et Admodum Reverendo Officiali Praemysliensi Creditori suo ipsiusque successoribus legitimis hinc et ab actu praesenti pro

Dominica

Dominica Laetare Quadragesimalis proxime in Anno Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Quarto Ventura realiter et in effectu solutivum, et coram officio Actisq praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus repositurum et relicturum, repositamq et relictam rursus ab eodem officio non effidei iussurum nec arestaturum, Vel quovis alio modo solutionem summae eiusdem praepediturum et impugnaturum inscribit et obligat praesentibus Idq sub Vadio simili summae Duorum Millium Florenorum Polonicalium per eundem Recognoscentem sive eius successores suprascripto creditori suo Vel eius successoribus ob non solutionem summae suprascriptae pro tempore et loco superius expressis ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem Vadio modo praemisso ad solvendum succubito, ac pro re aliqua principali ex praemissis non completa complenda, summaq principali non soluta solvenda Citatus existens memoratus Recognoscens Perillustris et Admodum Reverendus Joannes de Debq Debski Decanus Praemysliensis Praepositus Lubaczoviensis sive eius successores, ad instantiam praefati Perillustris et Admodum Reverendi Stanislai a Bronikow Bronikowski Officialis Praemysliensis, sam[bo]rienze Praesenti sive eius successorum ad Officium Castrense Capitaneale Crosnense sive spirituale Consistoriale Praemysliense ad quod prius ex praemissis Citabitur ex hinc vel ipse suprascripto quo ad respondendum spectat, mediante, semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio stare comparere respondere Vadium praefatum luere, exemptioni huic satisfacere, ac omne iudicium pati debebit et tenebitur, Seq ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium, Uti et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios Vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra Vel extra Regnum servitio militari ad munimenta

ad Quitlorem, Vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impe:
dimentis non differendo ad quietationem praeterea Ultra pro:
ximos officij illius Castrensis Capitanealis Crevcensis, Sive Spi:
ritualis Consistorialis Praemysliensis ad quod prius ex praemis:
sis Citabitur, Terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasq
motiones appellationes ac earum prosecutiones faciendo
ac praemissa omnia poenis simplicibus Vel triplicatis Quasi:
cumbus suspensionibus, fatalis sive praescriptione Terrestri
bello convocationeq; ac aliis omnibus Juris remediis et defen:
sis non subterfugiendo, nec modo alio quovis evadendo.
Stat sua praesenti personali recognitione ad praemissa
omnia et singula mediante.

Jaworski et Dobrzanski mu tuo inter se Intercisam Roborant.

347 Comparentes personaliter Coram officio et Actis praesentibus
Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Nobiles Nicolaus
Jaworski Dubik ab Una et Michael Dobrzanski Fiutkowicz
parte ab altera sani mentibus et corporibus existentes a Terris
Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusq; suis quibusvis propriis et
Competentibus recedendo, praesenti Vero Castrensi Capitaneali Prae:
mysliensi Jurisdictioni quo ad actum modernum attinet se:
cum Successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus totaliter
et plenarie incorporando atq; subjiciendo palam libere publice,
ac perexpressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim
suo pro interesse Recognovit. Quia ipsi, sibi mutuo et invi:
cem Una pars alteri ac posteris Utriusq; partis se ac suos suc:
cessores in et super bonis suis generaliter omnibus summisq
quibusvis pecuniariis habitis et habendis inscribunt et obli:
gant praesentibus Intercisam Certam inter se Recognoscentes

ratione